


43885



268



18.
17

Bona verba

CL. VIRO

DN. PHILIPPO LUDOVICO
VICO PROBSTIO

Ordinum Prövinciall. Ducatus Guelferbyt.
SYNDICO

cum in illustri Acad. Julia
a. d. 2. M. Octobr. 1660.

Doctoralibus in Vtroque Iure Titulis
& Immunitatibus
decoraretur

antiquæ conversationis &
amicitiæ causâ
dicta

per inferius nominatos.

HELMESTADII,
Typis HENNINGI MULLERI,
Anno MDCLX.



Bona verba

et vivo

DR. PHILIPPUS
VICI PROBSTIO

Ordinum Provincialium Ducatus Guelterby

SYMBICO

causa illorum Acad. Julia

a. d. M. Octobr. 1770.

Doctoribus in Viroque Iure Titulis

et honoribus

decorantur

etiam honorabilibus

amicis caris

et dignis

per litteras nominatos

HERMESTADL

Typis HENNINGI MALLERI

Anno 1770

X





*Andide doctorum flos, ô Ludovice,
virorum,*

*Probstiacæ gentis decus, & memo-
rabile nomen.*

*Non mihi si lingua centum sint, oraque centum,
Et vox Stentoreæ similis, mea gaudia possem
His numeris æquare, tuo succensus amore,
Quæ capio: quamvis mecû bonus omnis, & omnes,
Interius, plausuq; fremant, precibusq; fatigent
Numina, dum Tyriâ lepidum Themis alma tiarâ
Evincitq; caput, gladiumq; leuemq; bilancem
Porrigit, & gemini tradit sacra pignora Juris.*

*Hæc dudum meruere tui, Ludovice, labores,
Hæc pietas, hæc tot vigilantia sobria noctes,
Quæis tui es ingenii rimatus acumine leges,
Et sancti juris latebras tacitosque recessus.
Testor ego Musas, Themidos sacraria testor,
Quotquot Iuleum dat conspicienda Lyceum.
Nam quoties antehac, quæ condita cuncta tenebas,
Ex adytis animi patulas rapuere sub Auras,
Virtutemque tuam niveis signare lapillis
Laudis opus duxere suæ, seu BINNIUS audit,*

A 2

Sive

Sive HAHNIUS, seu qui docti est sibi nomen ad-
Ingenii en! monumenta tui, nodosaq; legum (ptus?
Lemmata Niliacis prostant inarata papyris,
Helmstadii doctis quæ disceptanda dabantur
Olim, quando tibi licuit conscendere magno
Juridicas ausu cathedras, atque undique firmæ
Oppositas solvisse thesi cum laude salebras.

Verùm non datur hìc tibi sistere, plura, venustis
Quæ sacra literulis, cupido loca visere mens est.
Nam velut eternâ rapitur vertigine cælum:
Haud secus & virtus operosa quiescere nescit,
Per mare, per terras volitans, per saxa, per ignes.
Hinc te per varios flexus, per iniqua viarum
Discendi traduxit amor, per cornua Rheni,
Per Rhodani pontes, Ligerimq; vagûq; Garumnâ,
Per Thamesi ripas, per candida rura Britanni, &
Densos Belgarum saltus: quin sæpe morari
Iuvit in his ipsis, & tempora fallere terris.
Non tibi quò cumules nummos, aurique talenta,
Aut gelidas tantum, mercator ut impiger, Alpes
Et curvas avidus superes valles; vel ut excors
Ignotos fluvios, fragiliq; tremenda phaselo
Æquora trajicias; aut fortia mœnia saltem
Aereasq; procul turres, & structa vetust

Tem-

Templa Deum saxo, Regumq; palatia cernas.
Haud ea mens tibi, mi Ludovice, nec ista moraris
Ludicra, sed spectas aliud, majora capeffis.
Te Sophia generosus amor, te virvida virtus,
Et quae multiplici prudentia figitur usu,
Hoc iter ut peragas, cogunt, & ut alter Ulysses
Cognoscas varias hominum cum moribus urbes,
Urbes, & linguas, quarum aulis maximus usus.

Clausula multarum tandem est tibi Spira viarum,
Hic Amphictionum sedes, hic juris & aequi
Hospitalium, dubias jussum dissolvere lites
Imperii. menses hic octo moraris & ultra, hic
Vna fuit doctos tibi volvere cura libellos,
Praxeos & sacri methodum condiscere juris.

Gloria sudori comes est. hinc cogitat ostro
Oebalio festaque caput redimire tiara
Sancta Themis, juris Doctorem utriusq; creando.

Nos vero, quae parta tua virtute capeffis
Praemia, gratamur, quicumq; aut sanguine juncti
Aut calido sumus igne tibi, bona vota precantes;
Illosque inter ego primus, qui ardentem amavi
Temet adhuc puerum, teneros qui ad flumina Ganda
Artibus atq; bonis formavi moribus annos,
Insanos inter belli heu! quam saepe tumultus.

*Tu DEVS exaudiq; preces atq; annue votis,
Arbitrio, Et blando qui digeris omnia nutu!*

Ita gratulatur ex animo

Georgius Fridericus Nagelius,
Pastor Naensensium & Ammensensium,
sub præfectura
Grenensi.

SAlve mi *PROBSTI*, patriæ nova gloria stirpis,
*GANDESIAE*q; humilis surgens super æthera germē
Et mea gratantis quoq; (si non detero laudes,) *PROBSTI*
Esse aliquo dignare loco solemnia verba!

Non iniussa cano: sed & ultrò captus amore,
Captus amore Tui, tenerâ monstrantis ab ungue,
Grâde quid, & sublimè, Deo duce, & auspice Phœbo,
Iamq; diu prævisus honos, quasi messis in herbis,
Emicat, & nitidum caput impedit Aone lauru,
Lauru, quam terris *ASTRAEA* reseverat exul
De cœlo rediens, Themideaque regna receptans
Subter Iuleàs quercus Brunonidos Elmi.

Namq; ibi nectareas Glandes, & Alectora fidum,
Pinnigerumque, bonis avibus, *DEA* Iuris Alethen
Reppererat, nec non Crystallina pleetra Sileni,
Præprimis radiante Conon adamante reversam
Aureolis intertexto digitalibus, (ut qui
Pan, & Apollo loci,) devinxerat, hancce deinceps

Sa.

Saxon Iuliaden terris magis omnibus unam
Posthabitâ coluisse fugâ, æternumque morari.
Nórat enim, quod quo modò confedisset in antró
Pieriò Dea Iuris; eò velut agmine factó,
Sedula conflueret Iuvenum manus, æmula Legum.
Quos inter quoniam *PROBSTI*, jam primus es, ut quæ
Indolis evexit bonitas nativa, nec unquam
Baldia defecit docilis cultura Cathedræ;
Quod super, & maria emensus tot, tamq; repostas
Terrarum gentes, mores & jura resciscis.
Ergò Diccs audacter adi penetralia, summos,
Omne felici, (quia non indebita poscis.)
ASTRAEAM summos sacri-pete-*IURIS* honores.
Id Te Pandectæ cupiunt, tua plurima virtus
Promeret, & follers Legum tutela requirit.
Namq; bonum est commune Sacri Vir Iuris, & æqui
Vtilis alterius Custos, regionis Asylum.

*Arist. l. 5.
de Mor. c.
10. f. 84. B.*

Ergò capeffe decus summi cordatus Honoris,
Communis patriæ velut utilitatibus orte,
Nec quâ cede vafris Recti mangonibus: Ecce,
Simplicitas, Rectumque manent, fraus mole suapte
Corruit, & cuncti Iusto ad stipulantur honesti.

Nec decollabunt Tua *PRAEMIA*: Te *DEA* Iuris
Adferet innocuum, bifido Teque exstruet ense,
Percussore mali; donabit *CODICE* Legum,
Iuris ut Oraclo, calidæque interprete litis.

*Arist. ib.
C. Μισθὸς
δικαίων
δοτεῖται
μὴ χύμας*

Quin

Quin & DOCTORIS Tibi nomen, & inclyta Iura
Conferet, & pietate gravem, meritisque respectum,
Ut qui Te, doctæque Tuæ cata fulmina linguæ
Conspexere, tremant arrectis que auribus adstent,
Mirantes fulgêtra togæ, capitisque tiaram.

Quin, quod adhuc magis est: gemmâ Dea cin-
get, & aurô

Te desponsatum sibi, donabitque Deorum
Ambrosiâ & mensis, Doctores inter ad Elimum,
Principibusque dabit charum, Divisque beatum!

O Te felicem PROBSTI, Super æthera notum!
Sic decet eniti studio Virtutis ad arces!
Sic decet expendi Virtuti præmia! saltem
Vtere concessis longævus Honoribus, atque
Post sacra Iura Tuis sat dicta clientibus, olim
Prende Palatinûm cœli Diadema perenne!

*Sic Nobilis & Excellentissimi Domini Cand.
Doctoralibus Honoribus gratulabundus,*

Ἡρακλῆος

Johannes Held, Sch. Senatoriæ
Eimbecens. Rector.

Nr 332

ULB Halle

3

001 594 656




TA → OL



Retro: Stk. 39 - 42 unvollst.,
nicht in PICA

V077





Farbkarte #13

B.I.G.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

erba

PO LUDO
OBSTIO

carusGuelferbyt.

ad. Julia

1660.

ue Iure Titulis
tibus

tionis &
fsâ

inatos.

D II,
MULLERI,
C LX.

18.
17

